



**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus XXVII. De Officio Custodis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63440](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63440)

De Officio Sacristæ, & Custodis. 197

nullus est inter Canonicos, qui hoc nomen gerat,
vel officium, utpote quod ferè Laicis ædituis est
commisum, vel etiam Clerico tanquam Vicario
Custodis, qui propterea appellatur *Sub-Custos*, re-
servatâ tamen supremâ curâ Custodi, cuius, & Sa-
cristæ, officia non videntur distincta.

TITULUS XXVII.

De Officio Custodis.

SUMMARIUM.

1. 2. *Quis sit Custos, & quod ejus officium.*

Custos, quamvis de Jure sit minister Sa-
cristæ, ac utensilia Ecclesiæ, & rei Divi-
næ instrumenta minus pretiosa custodire
debeat, panem & vinum parare ad Sacrificium
Missæ, & sacras vestes sacrificantibus, signumque
ad Horas dare Canonicas per pulsum &c. c. 1. 2.
h.t. & sic merum ministerium, satis humile, ha-
beat, vi consuetudinis tamen vix distinguitur à
Sacerdoti, exercens munus per Sub-Custodem &
ædituum Laicum, uti notavi, in quibusdam Eccle-
siis. Quapropter

Dico. Vi consuetudinis in nostris partibus
uni quidem ex Canonicis nomen *Custodis*, non
Sacristæ, attribuitur: in quo autem ejus versetur
officium, & an non habeat præminentiam in-
ter reliquos Canonicos, vel dignitatem, ex pe-
culiaribus statutis & usu Ecclesiarum discendum
est.

N 3

TITU-